



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiaē, 1697

Cap. LXXXVII. De Autoritate. Autore. & infra Doctores. vetus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

ampliaciones vid. apud Albert. Brun. in tract. de augm. & dimin. monet.)

III.

AUGMENTUM fit cum omnibus suis qualitatibus. Item quæritur §. qui impleto. ff. locati. l. Labco 3. in pr. ff. de arbit. Bertaz. in repet. l. si prius major 41. C. de transact. q. 1. n. 17.

Privilegium principali concessum extenditur ad ejus augmentum, cap. quia circa 22. de privileg. cap. ex parte. cap. pen. de decim. Bart. in l. si ita 7. ff. de auro & argento legato. Brun. in tract. de augmento. conclus. 9. per totam Duen. reg. 73. ubi loquitur de beneficio. Erasmi à Cochier de jurisd. Ordin. in exemptos p. 1. q. 37. per tot. ubi num. 7. subdit, omnem jurisdictionem & exemptionem augmentum recipere, aut diminutionem ab incremento vel detrimento; id quod plurifariam docet Bapt. Aym. Parmens. in tract. de alluvionib. c. 16. & seqq.

Limita, si privilegium, beneficium seu exemptio tendat in præjudicium tertii, tunc non fit illius extensio ad augmentum superveniens. Angel. in l. si servitus 23. col. pen. in princ. ff. de servit. urb. præd. Albertus Brun. d. conclus. 9. num. 8. cum seqq. Erasmus à Cochier lib. 2. d. quæst. 37. n. 2.

Jurisdictio alicujus castri si à Principe concedatur, & deinde numerus incolarum, aut ipsum castrum augeatur, etiam ad augmentum jurisdictionis extenditur, ut ex Angel. resolvit Brun. d. tract. de augmento. conclus. 8. in princ. & ex Bald. Guido Pap. decis. 165. & decis. 489. n. 2. ac alii. Card. Tusch. tom. 6. lit. P. conclus. 735. à num. 3. & plenius Covar. practic. c. 2. num. 1. ad finem. & num. 8. Quorum argumento videtur dicendum, quod si Princeps alicui Domino seu Magnati concedat datam officiorum alicujus civitatis, & deinde alii; officia de novo creaverit, ad hæc quoque extendatur concessio, ut tenet D. Barbosa, in l. divorcio 7. §. quod in anno. num. 17. ff. soluto matrim. quicquid dicat Afflict lib. 3. const. rub. 4. n. 10. cujus opinionem forsan in foro receptam testatur Cabed, Lusit. decis. 22. n. 3. & 5. p. 2.

IV.

AUGMENTUM venit rebus simpliciter & indefinitè donatis, seu remissis, cap. ad audientiam 12. cap. ex parte 27. de decim. cap. quia circa 22. de privileg. ubi Anton. Henric. à princip. Anchar. num. 3. & Socinus num. 1. Albert Brun. d. tract. de augmento. conclus. 9. & 10. Pinel in rub. C. de rescind. vendit. p. 1. c. 3. num. 24. Valasc.

cons. 58. n. 10. Card. Tusch. lit. D. conclus. 401. & lit. E. conclus. 560. & tom. 6. lit. P. conclus. 735. à num. 23. Cabed. Lusit. decis. 95. à num. 1. p. 2. Et quod in legatis simpliciter factis receptum fit venire augmentum, quod postea rei legata accessit, si ve cum pronome meo, si ve simpliciter fiant, probat elegans textus in l. cum fundus 10. ff. de legat. 2. quem latè explicat Covar. pract. cap. 2. à num. 2. Sic etiam in hypotheca rerum ad me pertinentium facta simpliciter, quod veniant tam præsentis, quam postea acquisita, probat textus in l. ult. C. quæ res pignori, cum aliis, quæ post Neguzant. de pign. p. 2. memb. 2. à pr. adducit Duen. reg. 76.

V.

AUGMENTUM & diminutio pari passu ambulant, juxta regulam in l. si extoto 8. in princ. ff. de legat. 1. Stephan. Gratian. Marchia decis. 85. n. 6.

Inducta ad augmentum non debent operari diminutionem, l. si à milite 29. §. 1. ff. de milit. testam. l. si Rufinus 4. C. eod. tit. l. legata inutiliter 19. ff. de legat. 1. l. 3. ff. eod. tit. l. cum tale 72. ff. de condit. & demonstrat. l. si mancipia 19. in princ. ff. de fundo instruct. Bertaz. de clausulis instrum. claus. 21. gloss. 23. num. 6. Sord. de alim. tit. 8. privileg. 22. n. 4. & decis. 195. num. 5. & decis. 238. num. 10. Escob. de variatione c. 30. n. 12. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 3. q. 7. n. 23. Ant. Menoch. Bononiens. decis. 40. punct. 3. n. 51. Jos. Sello de inhibitionib. cap. 4. §. 1. n. 12.

CAP. LXXXVI.

De Austeritate.

Austeritas nimia reprobanda l. observandum 19. pr. & §. ff. de offic. præsid. Hinc est quod si alicui generalis verberandi facultas si concessa, cum moderamine intelligatur, l. n. ff. de his qui sunt sui vel al. §. fin. l. eod.

CAP. LXXXVII.

De Autoritate. Autore.

& infra Doctores. vetus.

Axioma I.

Nostri facimus, quibus nos auctoritatem & robur impertimur. l. n. §. omnia. C. de V. l. E. gl. in §. lex est 4. vers. consule de I. N. G. & Cro. Matth. de Afflict. decis. 135. n. 5. Cacher. decis. 141. num. 3. Prosper. Farinac. consil. 86. num. 6.

II.

Ab auctoritate sumitur necessarium argumentum.

Procedit hæc regula semper in legis & consuetudinis auctoritate l. 9. §. si nummos. vers. cum quotidie si certi per. l. ut Alsenus 87. de V. S. l. 6. §. fin. de prec. l. quod si nolit 31. §. quia asidua. de Edil. Ed.

Aliquandò

Aliquando etiam in auctoritate hominum necessitas est, puta magistratus, iudicis, testatoris, patris & alterius, cui parere necesse est. l. non potest 109. l. qui vetante 102. l. non videtur 107. §. 1. de R. l. cum N. 22. cap. 2.

Fallit in auctoritate earum personarum, quibus parere nulla nos cogit necessitas, probabile tamen argumentum nobis suppeditat auctoritas prudentum & communis opinio. arg. l. 8. sed neque. C. de V. l. E. l. ob carmen. 21. §. fin. ff. de test. l. 5. §. pen. de impens. in res dot. l. 12. pr. de Instr. leg. l. si quis servum 10. C. de condit. indeb. Vigel. in dialect. jur. lib. 2. cap. 6. gloss. & Dd. in l. 1. C. de ll. pr. Inst. de Cod. l. 5. de man. vind. Recte dico probabilem, praesertim cum textui innititur, nam utut magna sit auctoritas Ictorum, imprimis veterum, tamen tanta non est, ut non cedat rationi & veritati: Eleganter & late Carpovius 6. conf. 70. num. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Wef. conf. 2. num. 5. Harpr. ad §. 1. I. de Ob. quae ex del. num. 4. Nec enim tam auctores disputando (Cic. lib. 1. de natur. Dvor. in princ. inquit) quam rationis momenta querenda sunt, quin etiam obest plerumque iis, qui discere volunt, auctoritas eorum qui se docere profitentur, desinunt enim suum iudicium adhibere & habent rarum, quod ab eo, quem probant, iudicatum vident, unde eleganter Augustinus de moribus Ecclesiae Catholicae c. 2. sub fin. Natura ordo ita se habet, ut cum aliquod discimus, rationem praecedat auctoritas. Nam infirma ratio videri potest, quae cum reddita fuerit, auctoritatem possit, per quam firmatur, assumit. adde quae scripsi in intr. de altero tanto part. 2. artic. 2. §. 2. pag. 72.

III.

Auctoritas majorum & in illicitis excusat, cap. dixit Dominus 12. caus. 14. quae §. 5. declarat & de auct. Richter. in centur. 29. regul. juris. 9. pag. 102.

IV.

Auctoritate propria nemo sibi dicere debet l. 1. §. 2. quod leg. l. un. C. Ne quis in sua causa jud. declarat Richter. d. lo. regul. 10. pag. 105.

V.

Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari, l. fin. in fin. Cod. de auct. praes.

VI.

Auctor in rem suam nemo esse potest, l. 2. 7. de auct. tut. nec hoc tantum in tutore procedit, sed & in marito, qui uxori auctor fit, Carpz. p. 2. conf. 33. def. 22. n. 8. & p. 3. conf. 7. def. 16. n. 7.

Fallit haec regula, 1. quando quis potest in officio proprio ad suum commodum & damnum plene auctoritatem interponere l. an apud 7. de man. vind.

2. Quando quis potest praestare auctoritatem in officio proprio tantum ad executionem facti l. fistulas. 78. §. 1. de contr. emt.

VII.

Auctoritas praetoris vel iudicis ubicunque in aliquo actu reperitur, semper necessaria est causa cognitio. l. 10. §. pretor. ff. de in jus voc. modo decretum desideretur, unde pro tribunali sedere iudex debet, nisi enim sedeat pro tribunali, dicitur intervenire tanquam privatus ejusque auctoritas interposita nihil operatur, nec

in actu voluntario nec necessario, Barlat. conf. 307. num. 85. Herm. Vult. vol. 1. Conf. Marp. 34. num. 55. Carpz. p. 2. cap. 16. def. 18. n. 7.

VIII.

Auctoritates Philosophorum, Medicorum & Poetarum possunt in causis allegari, l. septimo 12. ff. de stat. hom.

IX.

Auctoritas II. bene disponit divinas & humanas res, & expellit omnem iniquitatem, l. Deo auctore 1. §. 1. C. de V. l. E.

X.

Auctoritate legum nemo debet decipi, l. 1. C. de his qui ven. et.

XI.

Auctoritas pars solennitatis est, & debet in ipso actu intervenire, l. quacunque 13. §. fin. ubi gloss. & Bart. de public. in rem act. Wefenb. Parat. de auct. tut. n. 5.

Procedit haec regula, quando ad integrandam personam auctoritas requiritur.

Fallit, quotiens ea tantum interponitur ad confirmationem actus, aut ad commodum ejus, qui confirmat, velut domini in alienatione feudali, mariti in contractu uxoris, vid. Wef. d. loc.

XII.

Auctoritate propria non potest quis venire contra proprium juramentum, alias est perjurus, ut in cap. predicandum 17. caus. 22. quae §. 1. & in cap. per venit 2. de fidejuss. & in cap. et si Christus 26. de jurejur.

Ampliationes & limitationes ad hanc regulam, vid. apud Felinum in cap. 2. de spons.

CAP. ULT.

De Auxilio. v. inf. beneficium & in verb. praesidium.

Axioma I.

Quae de novo emergunt, novo egent auxilio, l. 1. de Vent. inspic. l. de etate 11. §. ex causa 8. & ibi Bart. de interrog. att.

II.

Non debet quis ex eo auxilium petere, quod impugnare nititur l. cum proponas 21. C. de pact. cap. cum olim 19. de cens. c. ex eo 38. de reg. jur. in 6. l. 8. §. meminisse 14. de inoff. test. l. post legatum 5. l. fin. de his quae ut indig. l. si legatarius 15. C. de leg. unde frustra legem implorat, qui committit in legem l. auxilium 37. §. ult. de min. c. 23. extr. de Elest. & Elest. potest.

III.

Auxilium quod praestatur implorando misericordiam superioris, est permissum, nec punibile l. quidam 5. de reb. dub. Bened. Cap. conclus. 80. ubi in num. 38. quinque notat ab hac regula exceptiones.

IV.

Auxilium contra saevitiam, famem, & injuriam intolerabilem non est iis denegandum, qui iuste deprecantur, l. 2. de his, qui sui vel alieni juris. §. 1. Inst. eodem.

V.

Auxilium ordinariū facit cessare extraordinarium, sive ut in ipso textu l. 16. in pr. de min. habetur communi auxilio & mero jure munito

non